

I. N. 7.

26

APHORISMI PHILOSOPHICI
DE
USU ONTOLOGIÆ
IN
THEOLOGIA
REVELATA,
QUOS

CONSENSU AMPLISS. FACULT. PHILOSOPH. IN
REG. ACAD. ABOENSI,

P R A E S I D E
MAXIME REVERENDO atq; CELEBERRIMO VIRO,

D: NO C A R O L O
MESTERTON,

S. S. Theol. Doct. Log. & Methaphys. PROFESS.
Reg. & ORD.

PRO GRADU,

Publice examinandos sifit

JOHANNES HENRICUS HALLENBERG,
V. D. M.

TAVASTENSIS,

IN AUD. MAJORI DIE XII. APRIL. A:O MDCCLX.
H. A. M. C.

ABOÆ, Impressit DIRECT. & TYPOGR. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCKELL.

R. Mag. Ch.

Kongl. Maj:ts
Tro - Tjenare och Second - MAJOR,
Bid
Björneborgs - Lähns Regemente, till Got /
Den Wålborne Herren,
Serr FRANTZ
HENRIC
VON KNORRING,
Hög-Gunstige Gynnare.

De plichter Naturern pålägger hvariom och enom, att röf
sa sina Wålgjerningsmän, åro stora, och böra med all
tilgiftenhet i acht tagas, ty emellan dtniuton gunst och
kyldig tacksamhet bör vara en den aldranärmaaste förknippelse.
Huru skat jag, som sig bör, bemöta den höga Dmnest, som
Wålborne Herr Majoren bewisat mig, alt ifrån den dag jag
ågde

ågde lyckan blifwa antagen uti des Färnåma Hus, af wärda och underrisa Wålborne Herr Majorens ålstans-wärda och wålartade Fåra Barn? För sådan hög gunst har jag ej annat et gifwa, än denne få Pappers-blai, dem jag med rätta bör Wålborne Herr Majoren uppsöfra, hälst de ej funnat blisiva tryckte, så framt I, Hög-günstige Herre, ej derpå fastat. Detta alt, gjör hsertat lägande af högaktning, och tanckan aldeles utblåttad af tjenliga ord at affilda Eder ynest. Jag kan dock få mycket mindre underlåta, at för det Allmåna röja min ofullkomlighet i des beprisande, som jag är förvissad om, at en enfaldig upraktighet mera än utsivrade ord och prunkande talesätt, giälla i de Ogon, hvilka jag detta wördnads-fulla offer vågar underställa. Låt Wålborne Herr Major, Edart allem bekanta ådelmod, och än gifwa den mig härtills bewista godhet tildeking derigenom, at min enfaldiga målmering med benägra Ogon anses. Hvarföre jag ständigt skal och bör wärda en så hög gunst, samt vid alla tilfället visa den wördnad mitt inre hyser för en så stor Gymare. Himmelens förlane Wålborne Herr Major och des Färnåma omvårdenad all Andelig och Lekamlig Wålsignelse, och låte en så wärdig Man sent saknas i våra Bygder. Under denna min hjerteliga önskan, skattar jag för min häfta minning, at stådse få hetा,

Wålborne Herr MAJORENS


Mårasdmjukaste Tjenare,
JOH. HENR. HALLENBERG.

Kongl. Maj:ts
Tro-Tjenare och Fåndrich,
Wål-Ådle
Herr H E N R I C
HALLENBERG,
Min Högtåhrade kjäre Fader.

Ne man är then henschtig, lydig och underdängig, hvilken man näst GUD har at tacka för sit lif och upriñelse, påminner os then uti vår Natur inplantade Vagen. Så oemotsäjeligt detta är; så hdat förbunden finner jag mig vara, at visa Eder Min Far, att barnslig wördnad och ödmjukhet, endr jag betraktar huru dm och sorgfällig I warit om min uplomst. Eder förmåga har ej sträckt sig längre än allena til wiljan, dock har Försynen utsedt en annan som fullbordat hwad I önskat. Ord förmå ej utföra den wördnad hvaravaf mitti inre rörs, och utom dem, sträcker sig min förmåga intet. Tillåt dock Min kjäreste Far, at jag lämnar Eder dese få Blan sasom widermålen af min ödmjuka wördnad och årkänsla. HERren den Högste tillsdele Eder all Andelig och Fämlig Wålsignelse, och låte Eder efter denna mddosamma jordiska wandelen få lott i de Sållas Boningar! Såles des önskat af den, som til slutet af lefnaden med wördnad framhärdar,
Siu

Högtåhrade kjäre Faders

Ödmjuk-lydigste Son,
JOH. HENR. HALLENBERG.



APHORISMUS I.

On omnis evitetur confusio, mox significare juvabit, quam verbis, fronti dissertationis impressis, tribuamus significationem. Sciendum itaque nos, per *Ontologiam* intelligere, cum illustr. *Wolffio*; scientiam entis in genere. Metaphysicam hoc sensu sumtam in *Theologia Revelata* utilissimam esse contendimus, per hanc *Theologiam* intelligentes quidem complexum veritatum in S. S. obviarum, salvandis magis minusque necessariarum, in primis vero in compendiis & Systematibus *Theologicis* propositas, ubi illis non paucæ admiscentur propositiones Philosophicæ, ut terminos, ibi occurrentes omittamus.

APHOR. II.

Ontologiam *Theologie Naturali* suppeditare de-
mon.
A 3

monstrandi principia, ideoque eidem utilissimam esse, nemo negabit, nisi male sanus. At ejusdem usum in *Theologia Revelata* tanto minus omnes probant, quanto est certius, quosdam nostram scientiam eidem noxiām esse, inique judicare. Missis itaque aliorum sententiis, nos Ontologiæ in *Theologia Revelata*, quadruplicem tribuimus usum, *Exegeticum* scilicet, *Dogmaticum*, *Polemicum* & *Præservatorium*. Primum primo exponemus. Hunc præstat Ontologia terminos plurimos & *Biblicos* & *Ecclesiasticos* explicando, h. e. fixas & distinctas earundem tradendo significaciones, quo sit, ut & *Biblia ipsa* & *Scripta Ecclesiastica* optime intelligere, aliisque exponere queamus. Reperiri in S. S. ejusmodi voces, quæ Ontologiæ egent explicatione, satis superque evicerunt Stralius & Sacerdos, quorum hic præsertim voces ejusmodi per totum Codicem S. sparsas copiose collegit, collectasque ex Ontologia explavit. Quod rursum ad terminos attinet *Ecclesiasticos*, h. e. eos, qui in Sacris Pandectis non quidem expresse leguntur, ibi tamen *natura diuinorum* latent, ideoque in compendiis & Systematibus Theologicis commode usurpantur; tales, inquam, haud paucos esse quis ignorat? Huc hī pertinent: *ens*, *unum*, *verum*, *bounum*, *perfectum*, *principium*, *principiatum*, *causa*, *causæ sociæ*, *causa principalis*, *instrumentalis*, *impulsiva*, *interna*, *externa*, *ratio*, *effectus*, *necessarium*, *contingens*, *finitum*, *in infinitum*, *persona*, *essentia*, *existentia*, *substantia*, *accidens*,

*cidens, objectum, finis, signum, norma, actus primus
& secundus, & qui sunt reliqui. En nubem ter-
minorum! Hos quæso & similes quomodo intel-
liges, nisi in Ontologia fueris versatus?*

APHOR. III.

Secundum usum *Dogmaticum* vocavimus. Hunc Ontologiæ ideo adscribimus, quia ad confirmationem ipsorum Theologiæ Revelatæ dogmatum mirifice facit. Quæ probata accipe! Principium Theologiæ Revelatæ complexum esse hanc propositionem: *Quicquid Scriptura Sacra dicit, illud est infallibiliter verum, neminem fugit.* Huic intentuntur, quæcunque in Sancta illa scientia dicuntur. Ast, unde quæso, allatæ propositionis certitudo erit petenda? Certe ex principio contradictionis. Nam sic omnino demonstrandum erit complexum illud principium, nisi quod *Scriptura Sacra*, dicit, esset infallibiliter verum, illa simul esset verbum DEI, & simul non esset (per concessa, demonst. vel hypothesin:) *non esset*, quia continet mendacia, quæ in DEum ut auctorem cadere nequeunt. Cum vero impossibile sit idem simul esse & non esse, quicquid *Scriptura Sacra*, & cætera. Hinc quisque facile judicare potest, quantum præsidii vel unicum illud Metaphysico-rum axioma Theologicis veritatibus præstet. Notatu ergo dignissimum quoque est, ipsum Spiritum Sanctum in Sacro Codice ad idem axioma respexis-

respexisse. Epistolæ ad Rom. Capt. XI: v. 6. exicitasse heic sufficiet, ubi Spiritus Sanctus veritatem sui asserti (*si per gratiam, non ex operibus?* *Si ex operibus non ex gratia?*) resolvit in hanc propositionem: *impossibile est idem simul esse & non esse*, e. g. *esse gratiam & non esse gratiam, esse opus & non esse opus.* Præter hæc, *Dogmaticus Metaphysicæ usus* exinde quoque maxime patet, quod ope propositionis Metaphysicæ, sine ulla ~~utramque~~
~~sic adhuc~~ ~~ad~~ ~~ad~~ conclusiones in articulis puræ fidei inferantur maxime stringentes. Harum unam alteramve nominare juvabit; e. g. *cuiuscunque competit attributa Divina & opera Divina, ille est verus Deus; at iam Spiritui Santo, & cætera, ergo.* Et *Quorum unus est gignens, unus genitus, unus denique procedens, illi differunt realiter, at jam, ergo.* In utroque hocce Syllogismo major propositio est Metaphysicæ, conclusio autem ad articulum purum pertinet. Et sic in cæteris. Taceo apertum huncce usum in Articulis Mixtis, quos ex ratione sola etiam probari posse, ipsa eorum definitio indicat.

APHOR. IV.

Tertius usus erat *Polemicus.* De hocce dubitat nemo, qui modum novit, quo nos adgredi solent hostes. Scilicet articulos *pure fidei* sola non raro explicare conantur ratione, quod cum fieri nequeat, eosdem mox in dubium vocare,

re, tandemque prorsus negare, non erubescunt. Prodit vero Nostra Ontologia, *nos finitos, Deum infinitum esse*, docens, nosque ideo lubentissime credere debere, quæ nobis manifestat, nostrum limitatum licet superet captum. Pari modo se-
se habet cum articulis mixtis. Dum enim eo-
rum ex Scriptura Sacra demonstrationi additur demonstratio ex rationis promtuario desumpta, di-
ci nequit, quam cito succumbant hostes, spuriis rationis principiis & ejusdem & revelationis vera & genuina effata impugnaturi. Taceo plurimas ne intelligi quidem, multoque minus sibi posse controversias, nisi in auxilium vocetur On-
tologia. Tales sunt sequentes: *num peccatum origi-
nale est substantia vel accidens?* *An privativum
vel positivum?* *Num personæ Divinitatis realiter,
modaliter, vel ratione distingvuntur?* Mitto reli-
quas.

APHOR. V.

ULtime denique locum occupat, *usus Praeser-
vatorius*. Heu, inquis, Ontologiæ tribuit,
quæ soli Scripturæ Sacrae competit. Ne quid celeriter judices! Fatemur, eos, qui Sacro Codi-
ci firmiter adhærent, a vero nunquam aberrare posse tramite. Ast nos heic non Christianum quemvis, verum Theologiæ studiosum respicimus. Huic armis saepius *naturalibus* quam *Spiritualibus* est pugnandum cum hostibus. Illa vero ex On-
tologia

tologia in primis petuntur. Hujus itaque si propositiones & terminos ignoraveris, facile fieri potest, ut nubem amplectaris pro Junone. Si autem & illas & hos tibi reddideris familiares, errabis nunquam; ubi nimirum accesserit, vel potius præcesserit, diligens & pium Scripturarum scrutinium. Quam prona, ignoratio Metaphysicæ, sic ad errores quosvis, via, Flacius, Vorstius & Reckermannus suis testantur exemplis, quorum iste, peccatum originale ipsam Hominis substantiam, ille eternitatem Dei successivam, hic personas Deitatis modaliter distinctas esse, imperite afferuit. Optamus itaque, ut, quoquot Sanctiori disciplinæ sese addicere constituerunt, primum *prima scientia* principia, saltem palmaria, addiscant, quo sic, ut debent, monitu Pauli Tit. I: v. 9. & facilius & felicius *ανέλθωσις* queant *ελέγχειν* in summi Numinis gloriam, quæ sit El sine.

FINE !!!

